



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10. Vtrum sit quotidie sumendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

ARTICVLVS X.

¶ *Trum liceat quotidie sacramentum suscipere.*

¶ *Suber Quæstionis octuag.esima Articuli decimum.*

ad comunione: dicuntur esse innocentes: sed pueris hoc sacramentum non exhibetur. ergo multo minus aliis carentibus vsu rationis.

SED CONTRA est, quod legitur in concilio Aurasiaco* (& habetur in decret. 26. q. 6. ca. qui recedunt.) Amentibus, quacumque pietatis sunt, conferenda sunt: & ita est eis conferendum hoc sacramentum: quod est sacrum pietatis.

RESPON. Dicendum, quod aliqui dicuntur non habere vsu rationis dupliciter. uno modo, quia habent debilem vsu rationis, sicut

dicuntur non uidentes, qui male uident: & quia tales possunt aliquam deuotionem huius sacramenti concipere, non est eis hoc sacramentum denegandum: alio modo, dicuntur aliqui non habere totaliter vsu rationis, aut igitur numquam habuerunt vsu rationis: sed sic a natiuitate permanserunt, & sic talibus non est hoc sacramentum exhibendum: quia in eis nullo modo precessit huius sacramenti deuotio: aut non semper caruerunt vsu rationis, & tunc, si prius, quando erant compotes seu mentis, apparuit in eis deuotio huius sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi: nisi forte timeatur periculum vomitus vel expuitionis. unde in concilio Carthaginensi legitur* (& habetur in decret. 26. q. 2.) Is qui infirmitate poenitentiam perit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus uenit, oppressus infirmitate obmuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat poenitentiam, & si incontinenti creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod carentes vsu rationis possunt deuotionem ad sacramentum habere quantum ad aliquos quidem presentem, quantum ad alios autem preteritam.

AD SECVDVM dicendum, quod Dion.* loquitur ibi de energumenis nondum baptizatis, in quibus scilicet nondum est vis demonis extincta, quæ viget in eis per originale peccatum. sed de baptizatis, qui corporaliter ab immundis spiritibus vexantur, est eadem ratio, & de alijs amentibus. unde Cassianus dicit, eis qui ab immundis vexantur spiritibus, communionem sacrosanctam a senioribus nostris numquam meminimus interdiciam.

AD TERTIVM dicendum, quod eadem ratio est de pueris receter natis, & de amentibus, qui numquam habuerunt vsu rationis, unde talibus non sunt sacramenta danda: quamuis quidam graeci contrarium faciant, propter hoc quod Dionysius. Caest. hierar. dicit, baptizatis esse sacramentum communionem dandam, non intelligentes, quod Dionysius sibi loquitur de baptismo adultorum: nec tamen per hoc aliquod detrimentum vitæ patiuntur, propter hoc quod dominus dicit Ioan. 6. nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis: quia sicut Aug.* scribit Bonifacio, tunc unusquisque fidelium, corporis & sanguinis domini particeps fit, scilicet spiritualiter, quando in baptismo membrum corporis Christi efficitur: sed quando iam pueri incipiunt aliqualem vsu rationis habere, ut possint deuotionem concipere huius sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.

AD DECIMVM sic proceditur.

A Videtur, quod non liceat quotidie hoc sacramentum suscipere: sicut. n. baptismus repræsentat dominicam passionem, ita & hoc sacramentum: sed non licet pluries baptizari, sed semel tantum: quia Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est, ut dicitur prima Pet. 3. ergo uidetur, quod non liceat hoc sacramentum quotidie suscipere.

¶ 2 Præ. Veritas debet respondere figuræ: sed agnus Paschalis, qui fuit figura, præcipua huius sacramenti (ut supra dictum*) non manducabatur, nisi semel anno; semel etiam in anno ecclesia celebrat Christi passionem, cuius hoc sacramentum est memoriale. ergo uidetur, quod non liceat quotidie sumere hoc sacramentum, sed solum semel in anno.

¶ 3 Præ. Huic sacramento, in quo totus Christus continetur, maxima reuerentia debetur: ad reuerentiam autem pertinet, quod aliquis ab hoc sacramento absteineat. unde & laudatur Cæturio, qui dixit Mat. 8. Domine non sum dignus, ut intres subtectum meum, & Petrus, qui dixit Luca. 5. Exi a me domine, quia homo peccator ego sum. ergo non est laudabile, quod homo quotidie hoc sacramentum suscipiat.

¶ 4 Præ. Si esset laudabile, frequenter hoc sacramentum accipere, quanto frequentius sumeretur, tanto esset laudabilius: sed maior esset frequentia, si homo pluries in die sumeret hoc sacramentum. ergo esset laudabile, quod homo pluries in die communicaret: quod tamen non habet ecclesie consuetudo. non ergo uidetur esse laudabile, quod aliquis quotidie hoc sacramentum accipiat.

¶ 5 Præ. Ecclesia intendit suis statutis fidelium utilitati prouidere: sed ex statuto ecclesie fideles tenentur solum semel communicare in anno unde dicitur* extra de peniten. & remis. Omnis utriusque sexus fidelis suscipiat reuerenter, ad minus in Pascha eucharistie sacramentum, nisi forte de proprio sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum. non ergo est laudabile, quod quotidie hoc sacramentum sumatur.

Tertia S. Thomæ.

In ar. 10. circa quotidianam celebrationem, nota Augustinus: Sic uiuere ut quotidie merearis accipere, quoniam per sic uiuere in eligendum est. spiritualem uitam sic ducere, ut quotidiana coitione semper augeatur: alioquin non sic uiuatur, ut quotidie mereamur accipere. Nam qui quotidie meret accipere, debet quotidie sic esse dispositus, ut fructus eucharistie percipiat, fructus autem ipsius huius cibi est, non solum actualis refectio spiritus, sed augmentum gratie: quoniam per totum tempus presentis uitæ sumus in statu augmenti.

¶ Propter quod crebro, aut quotidie celebrantes discutiant in seipsis fructum preterite celebrationis, & secundum profectum uel defectum, quem experiuntur in se, prosequantur, vel a prosecutione desistant: qui enim multis celebrationibus peractis ad actus uirtutum non melius se habet quam prius, passionibusque non minus subicitur, quam prius, parum aut nihil celebrando proficit. Dico autem parum: quia forte quo ad aliquam actualē deuotionem proficit. Dixi quoque post multas celebrationes, quoniam non audeo asserere, in qualibet celebratione oportere celebrantem esse dispositum sicut per quolibet celebrationem augeatur habitus gratie. Dicit enim forte quispiam, quod etiam pueria statim augmenti, non ex quolibet sumpto cibo singillatim augeatur, quamuis hoc non multum uigere uideatur, quia augmentum corporale a uirtute naturali determinata ad naturalem dispositionem fit: augmentum autem charitatis a diuina fit uirtute, quando cumque anima ad hoc se sufficienter preparauerit.

L. L. 2 SED

4. dist. 22. q. 3. ar. 1. Et 1. corp. 11. lect. 7.

q. 73. art. 6.

In decret. li. 5. tit. 30. cap. 9. Ois ueritas que cap. 9.

In Arca...

In decret. 26. q. 2. Is qui infirmitate poenitentiam perit...

In decret. 26. q. 2.

e. 1. q. 1. in h.

Referuntur...

In sermo. 28. parum ante med. to. 10.

SED CONTRA est. quod Aug. dicit in lib. de verbis domini. Iste panis quotidianus est, accipe quoti die, vt quotidie tibi prosit.

lib. 4. cap. 6. a med. tom. 4.

RESPON. Dicendū, q̄ circa vsum huius sacri duo possunt considerari. vnum quidem, ex parte ipsius sacri, cuius virtus est hominibus salutaris, & ideo utile est quotidie ipsum sumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat, unde Ambr. * dicit in lib. de sacramentis, si quotiescumque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, de beo semper accipere. qui semper pecco, debeo semper habere medicinam. alio modo, potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur, ut cū magna deuotione & reuerentia ad hoc sacramentum accedat: & ideo si aliquis se quotidie ad hoc paratū inueniat, laudabile est, q̄ quotidie sumat, unde Aug. * cum dixisset, Accipe quod quotidie tibi profuit, subiungit, sic viue, vt quotidie merearis accipere: sed quia multoties in pluribus hominum, multa impedimenta huius deuotionis occurrūt, propter corporis indispositionem uel animā, nō est utile omnibus hominibus, quotidie ad hoc sacramentum accedere, sed quotiescumque se ad illud homo inuenit paratum. unde in lib. de ecclesiast. dogmatibus * dicitur, quotidie eucharistia communio nem accipere, nec laudo, nec vitupero.

In ser. 28. de verb. domi. parum ante med. to. 10.

e. 33. in prin. habetur li. ber hic inter opa August. tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ per sacramētum baptismi configuratur homo morti Christi, in se sciens eius characterem: & ideo sicut Christus semel mortuus est, ita solū semel debet homo baptizari: sed p̄ hoc sacramētū non recipit homo Christi characterē: sed ipsum Christum, cuius virtus manet in eternū, unde Hebr. 10. dicitur. una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos: & ideo q̄a quotidie homo indiget salutifera Christi virtute, quotidie potest laudabiliter hoc sacramentum suscipere: & q̄a p̄cipue baptismus est spiritalis regeneratio, deo sicut homo semel carnaliter nascit, ita debet semel spiritaliter renasci per baptismū, vt Aug. * dicit super illud Ioa. 3. Quomodo potest homo nasci cum sit senex: sed hoc sacramētū est cibus spiritalis: unde sicut cibus corporalis quotidie sumitur, ita & hoc sacramētū quo tidie sumere, laudabile est. unde dominus Luc. 11. docet petere, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, in cuius expositione Aug. * dicit in lib. de verbis Dñi, si quotidie accipis, scilicet hoc sacramentum, quotidie tibi est hodie, tibi quotidie Christus resurgit: hodie enim est, quando Christus resurgit.

trae. 9. i. enī. Ioa. nō multū ante med. tom. 9.

In sermo. 28. de verb. domi. a medio tom. 10.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ agnus paschalis p̄cipue fuit figura huius sacramēti, quantum ad passionem Christi, quæ representatur p̄ hoc sacramentum: & ideo semel tantū in anno sumebatur, q̄a Christus semel mortuus est, & propter hoc etiam ecclesia celebrat semel in anno memoriā passionis Christi: sed in hoc sacramēto traditur nobis memoriale passionis Christi per modū cibi, qui quotidie sumitur: & ideo quantum ad hoc significatur per māna, quod quotidie dabatur populo in deserto.

1. 2. q. 67. art. 4. ad 2. Et 2. 2. q. 19. ar. 9. & alii. Epist. 118. ca. 3. tom. 2.

AD TERTIVM dicendū, q̄ reuerētia huius sacramēti habet timorē amoris coniunctū (unde timor reuerētiæ ad Deū, dī timor filialis, ut in secūda parte * dicitur est) ex amore. n. prouocatur desiderium sumendi, ex timore autē cōsurgit humilitas reuerēdi: & ideo vtrūq; pertinet ad reuerentiam huius sacramenti, & q̄ quotidie supatur, & q̄ aliquando abstineatur: vnde Aug. * dicit, si dixerit quispiā nō quo-

tidie accipiendam eucharistiam, alius contra, faciat vnusquisque quod secundū fidem suam pie credit esse faciendum: neq; enim litigauerunt inter se Zacharius, & ille Centurio, cum alter eorū gaudens suscepit Dñm, aliter dixit, Non sum dignus, ut in tres sub tectū meum, ambo Saluatorem honorificātes, quamuis nō uno modo: amor tamen & spes, ad q̄ semp scriptura nos prouocat, praeferunt timori, unde & cū Petrus dixisset, Exi a me Domine, quia homo peccator sum, respondit Iesus, noli timere.

AD QVARTVM dicendum, quod quia dominus dicit, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, non est pluries in die communicandum, ut saltem per hoc, q̄ aliquis semel in die communicat, representetur vnitas passionis Christi.

AD QVINTVM dicendū, q̄ secundū diuersum statū ecclesiæ, diuersa circa hoc statuta emanauerunt: nā in primitiua ecclesiā, q̄ magna uigebat deuotio fidei Christianæ, statutū fuit, ut quotidie fideles cōmunicarent. unde Anacletus Papa * dicit, peracta cōsecratione, omnes cōmunicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. sic. n. & Apostoli statuerūt, & sancta Romana tenet ecclesia. postmodū vero diminuto fidei feruore, Fabianus Papa iudul sit, ut si nō frequentius, salte ter in anno, oēs cōmunicēt, scilicet in Pascha, Pētecoste, & Natali Domini. Soter * etiam Papa in coena domini dicit esse cōmunicandum, ut habetur in decret. de cōsecrat. distin. 2. postmodū propter iniquitatis abundantia refrigerente charitate multorum, statuit Innocentius III. ut saltem semel in anno, scilicet in Pascha, fideles cōmunicent: cōsultitur tamē in lib. de ecclesiasticis cogmatibus, * omnibus diebus dominicis esse cōmunicandum.

In ep. 11. in medi. & habetur de cōsecrat. dist. 1. ca. lxxi. copus. De cōsecrat. dist. 2. ca. Et. si nō frequētius. In epist. ad epist. italie. de cōsecrat. dist. 1. c. in ep. na. Inno. 111. in cō. Lat. c. 21. cap. 53. circa princ. habetur hic inter opera August. tom. 1.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum liceat omnino a cōmunionē cessare.

¶ Super Quæstionis, cōtinuata in articulo undecimo.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur, quod liceat cessare omnino a cōmunionē, laudatur enim Centurio de hoc Matthæi octauo, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Cui cōparatur ille, qui reputat a cōmunionē sibi esse abstinentum ut dictum est. * cum ergo numquā legatur Christum in eius domum venisse, videtur q̄ liceat alicui toto tempore uitæ suæ a cōmunionē abstinere. ¶ 2 Præterea. Cuilibet licet abstinere ab his, quæ non sunt de necessitate salutis: sed hoc sacramentum non est de necessitate salutis, ut supra dictum est. ¶ ergo licet a sumptionē huius sacramenti omnino cessare.

In articulo 11. eiusdem quæstio. circa illud, frustra autem esset votum, nisi impleatur quādo oportunitas adesse, aduerte, quod oportunitas non sumitur hic pro communitate sola, sed iūcta necessitati acci diceretur, quando opus esset. Dico autem hoc, quia constat cōmunionem non esse in precepto, quoties commoditas cōmunicandi adesse: cum sit preceptum affirmatiuum, obligans ex natura sua tempore non commoditatis, sed necessitatis, quod autem sit illud tempus necessitatis, cum ecclesia iam determinauerit ad semel in anno, non oportet sollicitum esse, curiosius tamen disputator ex his, quæ de tempore vigente aduoluit ad baptismum scripta sunt, inueniet. ¶ Aduerte

4. dist. 12. q. 3. art. 2.

art. præced. arg. 3.

Q. 73. art. 3.

Habetur de cōsecrat. dist. 1. ca. Et. mo. l. equos.